



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtiones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XI. De introductione Puerperæ in Ecclesiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

gant: dici nequit, quanti id referat in reliquam vitam: præluceant verò ipsis vitæ exemplo; catieant maximè, ne coram illis loquantur, aut agant, quod eorum pudicitiam lædat: quo in genere nocet, si pueros cum pueris, aut contrà familiariùs die, aut noctu agere sinant: denique ad mores Christianos totam familiam forment, curéntque, ut præcepta Dei, & Ecclesiæ obseruent; & ne Sacra menta negligant, præsertim in morbis.

NVM: VI.

*De Puerperæ introductione in Ecclesiam.*

CVm mater satis vires restaurârit,  
sacro ritu eam iñduces in Eccle-  
siam; neque ad hoc vis ponenda in  
certo numero dierum, vel hebdoma-  
darum à partu: sit ea solennis intro-  
ductio, ob acceptam diuino fauore  
sobolem offerendam Diuinæ Maiestati,  
instar Annæ Samuelem offerentis in  
Templo, ad impetrandam nouam

gra-

280 *Institutionum Pastoralium*  
gratiam matri, prolique. Ritus in Ri-  
tuali præscriptos piè adhibebis, sed  
orationes ibi præscriptas non facile  
priuatim leges in domo Puerperæ;  
nunquam verò ad maleficia dissol-  
uenda, cùm ab Ecclesiâ ad istud in-  
stitutæ non sint: probè tamen facies,  
si maleficiatam Puerperam, cùm ve-  
nire non posset, ipse adeas, & oratio-  
nibus, pro dissolutione maleficii, ex Ec-  
clesiæ usu consuetis, à maleficio  
dæmonis exsoluere la-  
bores.



PARS